

nem Christi interficiatur, tū vero fieri non potest ut ullum opus Deo approbes: quippe qui omnia ex corde iudicat ac æstimat. Cujus rei exemplū dat ipse Christ⁹ ex quinto præcepto, Mat. 5. dicens: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tu⁹ habet aliquid adversum te: relinque ibi mun⁹ tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, aliter enim nec hilum tibi proderit orare, sacrificare, Deum colere, & Sacramenta sumere: imo hæc omnia in peccatum tibi cōvertentur, quia Deus corda intuetur.* Hinc etiam *B. Paulus 1. Tim. 2. jubet levare puras manus, sine ira & disceptatione.* Et *S. Petrus Ep. 1. cap. 3. præcipit conjugibus ab ira sibi cavere, ne impediatur illorum orationes.* Dulcissimus autem Servator noster ad fraternam reconciliationē tribus gravissimis argumentis nos adhortatur. Primum est, *Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo, h. e. quoad vite usura frueris.* Nihil enim aliud est *Reconciliatio* vita nostra, quam assidua via ad mortē *nō differenda.* & sepulcrum. Quisquis autem iratus fratrique suo infensus moritur, hujus cor manet perpetuo virulentum, anima autē unitur cum ira imo cum Dia-